f ¶ *Bona fides.*] Illud generaliter verum est, ꝙ s̃m canones bona fides præscribentis necessaria est, siue de re spirituali, siue ciuili. j. eo. quoniam & s. eo. vigilanti. & 34. q. 2. si virgo. & bona fides intelligitur cum aliquis credit tradentem esse dñm, vel habere ius distrahẽdi, licet erret in facto. [3] ff. de verb. signifi. bonæ fidei. & hæc bona fides semper præsumitur, [4] nisi probetur ꝯrium, cum lex dicat, præsumi ignorantiam nisi probetur scientia. ff. de proba. l. verius. Qñq; tñ præsumitur ꝯrium ꝑꝑ denunciationis vigorem. C. de rei vẽdi. l. si fundum. vel quia mercatur aliquid ꝯ leges. C. de agri. & cen. l. quemadmodum. lib. 11. vel si emit à procuratore meo per collusionẽ, vel quia emit à prodigo vel luxurioso, cui bonis interdictum est, cum sciret protinus illum consumpturum pecunia. ff. pro emp. l. qui fundũ. §. q. sciens. & l. si quis. Qñq; tñ quis habet cõscientiam rei alienæ, & tñ vsucapit, vt si decretum iudicis interuenit. ff. đ noxa. actione. & generaliter. & 16. q. 3. placuit. & c. quicũque. & s. eo. c. 1. Illud tñ scias, ꝙ non obstat accipienti mala fides tradentis. ff. de diuer. & tempo. præscrip. an vitium. Argu. ꝯ. C. de præscrip. longi tempo. Authen. malæ fidei. Sed illud intelligitur de præscriptionibus x. vel xx. ann. vbi bona fides ab vtraq; parte exigitur, sed in xxx. vel xl. anno. præscriptione secundum leges non nocet. 16. q. 3. c. placuit. §. potest. & §. ꝙ si mala fide. C. de præscrip. xxx. anno. si quis emptionis. s. eo. vigilanti. Item dr bona fides, licet quis erret in iure. arg. j. de iure patro. cura. sed illud intelligitur aliter, vt ibi dr. & ff. de peti. hære. sed & si. §. scire. licet secus sit in vsucapione. ff. de vsucap. nunquam [5]. Item & si habeat conscientiam dubiam, bona fides dr. [5] ff. de vsuc. l. qui scit. §. bonæ fidei.

¶ *Glo. seq. alleg. vnam concor. & vnum arg. abiicit per quatuor capitula, & per rationem. soluit primo rationem. demum ponit opinio. Ioan. quam reprobat, soluens postea principalem obiectionem.*

[1] Aliàs ita: quod pro sede Apostolica cæterũ omnes manuscripti habent vt est impressum.

[2] Vsu retineo seruitutem vtendo per me, vel illum, qui meo nomine sit in possessione. Ioan. And.

[3] Concor. tex. in l. sequitur. § si viam. & ibi Bart. ff. de vsucap.

[4] Dynus in regu. posses. sor. de reg. iur. lib. 6. circa si. tractat an erras i facto, in iure vel vtroq; dicatur bonæ fidei. Ioan. And.

[5] Vide qđ not. 16. q. 3. dilectio. in glo. si. vbi no. Io. sup bona fide & tñ. stari iuramento. Ioan. And.

[5] Dicit Ho. illud verũ secundum ll. secus secundum ca. no. j. c. pe. & vlt. secũdum quos sequendum est quod est vtilius animæ. j. de spon. iuue na. Io. An.

† exigatur.

[6] Vide de cau. pos. c. si super gl. 1. Io. And.

[7] Cur ius decimarũ non cadat i laicos tradit B. Thomas 2. 2. q. 87. art. 3. & Sotus lib. 9. de iust. & iure q. 4. art. 3.

[8] Modo incipit: ejus. & habetur in c. 1 eod. tit. de præscrip. lib. 6.

[9] Dic vt j. eo. c. 1. li. 6. & vide qđ ibi. not. in mag. glo. ꝑ quę decido prolixe. no. hic per In. & Host. Io. And.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Vm olim.] Diuiditur in tres partes. In prima ponit petitionem actoris, & ipsius iura. In secunda ponit iura ipsius abbatis: ibi, *Ad eiusdem.* In tertia diffinitibi, *Quia prædictus.* Abbas Siculus.

CASVS. Eps Lucanen. in præsentia dñi Papæ litigabat cum abbate & monachis sancti Saluatoris de Fichieto, super plebe Salamazanæ, & capellis ptinentibus ad dictam plebem, petens in eis institutionem, & alia ad ius epale pertinentia: Ad probandum intentioné suam primo allegabat ius commune, cuius auctoritate dicebat omnia spiritualia in prædictis locis in ea diœcesi constituta, ad ipsum tamquam ad diœcesanum pertinere: In super allegabat quoddã arbitrium ab episcopo, archipresbytero & primicerio Lucanis super hoc promulgatum: Ex parte abbatis exhibitũ fuit quoddam priuilegium Grego. vij. quod videbatur præcelsisse dictum arbitrium, per quod monasterium plebes & capellæ videbantur libertati donatæ: & alia priuilegia Romanorum pontificũ post dictum arbitrium obtenta: qui libertatem sibi concedere videbantur. Induxit insuper testes ad probandum præfati petitionem: dñs Papa examinato negotio, quia constitit ei ꝙ abbas sufficiẽter ostendit monasterium suum super institutionibus, & quibusdam aliis articulis, tam in plebe quàm in capellis legitima præscriptione munitũ, absoluit abbatem ab impetitione epi super iam dictis articulis, & super alijs omnibus, quę ad ius epale pertinere noscuntur secundum tenorem arbitrij, eundem abbatem quo ad plebem & capellas condemnauit. Not. ꝙ ius episcopale in multis articulis consistit: & licet præscribatur in vno, non tamen in alio. Item per partem non retinetur totum. Item per arbitrium receditur à priuilegio. Item ℨ arbitrium præscribitur.

a ¶ *In diœcesana.*] 16. q. 7. omnes basilicæ. & 18. q. 2. monasteria. & ℨ. eo. cum non liceat.

b ¶ *Præsumptione munitum.*] Et ita patet, ꝙ nisi abbas præscripsisset prædicta, præiudicatum fuisset ei per arbitrium circa priuilegia; & sic Abbas potest præscribere iura episcopalia ℨ epm: vt ℨ. eo. auditis. vbi de hoc. & sic abbas, quæ amisit per arbitrium, recuperauit in præscriptione: & intelligo ꝙ abbas ignorabat arbitrium: alias non præscribereret, cum haberet malam fidem. ℨ. c. proxi. sed obediẽtiam non posset abbas præscribere in sua persona, sed illius cuius nomine allegaret præscriptionem. ℨ. eo. cum ex officij.

c ¶ *Tenorem.*] & ita sententiat pro abbate in his tantum in quib⁹ præscripsit, in aliis statur arbitrio, & fertur sententia pro episcopo, necimmerito: quia per arbitrium recessum fuit à priuilegio Gregorij. ad minus in his quæ faciunt pro abbate. sed libertati non potuit abbas renunciare per arbitriũ sine licentia Papæ. ℨ. de arbi. cũ tempore. alia vero non valuerunt tamquam per mendacium impetrata post arbitrium. ℨ. de deci. ex multiplici. T. intelligit, ꝙ arbitriũ non tangit capitula illa, super quibus fertur sententia pro abbate, & in quibus præscripsit ℨ epm, alias nõ potuisset præscribere prædicta: quia præsumeret habuisse malam fidem propter arbitrium, quia habens malam fidem non præscribit. ℨ. eo. cap. vltim. & hoc probatur per litteram sequentem, vbi dicit: iuxta tenorem arbitrij, & c. Bernar.

d ¶ *Impediat.*] Dicas ꝙ habebat abbas priuilegium post arbitrium impetratum loco tituli: quia ignorabat arbitrium: alias non præscripsisset. ℨ. c. proxi. & quamuis non valerent priuilegia, non erant irrita ipso iure, sed per sententiã, quamuis non facerent mentionẽ de arbitrio. ℨ. de rescrip. super litteris.

V Enient.] Diuiditur, Primo ponitur conuentio abbatis. Secundo reconuentio episcopi: ibi, *Præfatus vero.* Tertio diffinitio: ibi, *Christma.* in quo duo soluit obstacula. Primũ: ibi, *Non obstante.* Secundum: ibi, *Nec obstare.* Abbas.

CASVS. Inter abbatem sancti Martini de Panonnia ex vna parte, & episcopum Vesprimen. ex altera, controuersia vertebatur super quibusdam decimis, & super quibusdã iuribus spiritualibus clericorũ, & ecclesiarum ipsius monasterii: Abbas in præsentia Papæ petiit vt episcopus prædictus non impediat, vel faciat impediri, quo minus omnes qui consistunt in Simagien. parochia vel comitatu, decimas sibi soluant de omnibus, quæ ibi habent; Petiit in super, vt clerici ecclesiarum monasterij, libere percipere possint chrisma, oleum, cõsecrationes altarium & ecclesiarum, & ordines à quo maluerint episcopo: Ad hæc probanda induxit priuilegium Paschalis: & sancti Stephani regis, & priuilegia Alexan. & Clementis. Allegauit insuper præscriptionem in prædictis sacramentis percipiendis. Ex aduerso petiit episcopus, vt decimas Simagien. comitatus cõstitutas in diœ. sua, quas detinet idem abbas, sibi restitui faceret, nisi aliquo speciali iure se defendere posset, & quòd clerici capellarũ monasterij sacramenta reciperent ab eo: Papa auditis & intellectis meritis causæ, decreuit, quòd clerici ecclesiarum ipsius monasterij, quod est in ipsius diœcesi constitutum, reciperent prædicta sacramenta ab episcopo Vesprimen. si catholicus fuerit, & ea gratis voluerit exhibere: alioquin à quo maluerint episcopo catholico, recipiendi prædicta liberam habeant facultatem: sicut in Priuilegiis Paschalis & Alexandri continebatur, non obstante priuilegio Clementis, per quod priuilegiis prædecessorum suorum non extitit derogatũ, cum de ipsis nullam fecerit mentionem, cum ibi contineatur, saluis constitutionibus ecclesiæ Romanæ, & legatorum ipsius. Præterea præscriptio quam abbas opponebat in eius subdidium, obstare non potest: quia si præscriptio consummata erat quando ab Alexan. priuilegium impetrauit, iuri præscriptionis renunciasse videtur, cum abbas priuilegio Alexan. fit vsus coram Papa in hac causa: quod tamen contradicebat intentioni abbatis quantum ad hũc articulum. Si vero nondum erat consummata præscriptio, sed erat in præscribendo, quando priuilegium obtinuit: post impetratum priuilegium bonam fidem non habuit: & ideo non præscribit.

Not. quòd eo ipso quo clerici & ecclesiæ sunt in diœcesi episcopi, omnia sacramenta tenentur recipere ab eodem, nisi contrarium ostendatur. Item gratis sacramenta sunt conferenda. Item, ab eo epi scopo qui catholicus non est, non debent recipi sacramenta prædicta. Item secundum priuilegium non derogat primo, nisi de ipso faciat mentionem, sicut in rescriptis. Item præscriptio & priuilegium sunt cõtraria. Item ex diuersis causis titulus siue dominium haberi non potest: vt hic patet: quia quod meum est, ex alia causa meum fieri non potest. Qui habet priuilegium, præscriptio quo ad hoc nihil addit. Item qui non habet bonam fidem, non præscribit.

d ¶ *Impediat.*] Intentabat abbas vti possidetis. Bernar.

¶ *Glo. seq. arg. sed tenet contrarium.*

CAP. XVIII.

CVm † olim frater episcope, cum abbate & monachis sancti Saluatoris de Fichieto, super plebe Salamazanæ ‡, & adiacentibus capellis ipsius in nostra præsentia litigando, institutionem in eis, & alia ad ius episcopale pertinentia vendicares: ad fundandam intentionem tuam ius commune principaliter allegabas, cuius auctoritate dicebas, vniuersa spiritualia in prædictis locis, quæ sunt in diœcesi tua ª constituta, ad te tamquam ad diœcesanum episcopum pertinere: arbitrium ‡ præterea super hoc promulgatum à Pistorien. episcopo, archipresbytero, ac primicerio Lucanis allegans. ¶ Ad elidendã autẽ intentionẽ tuã, abbas, Gregorij septimi Papæ [prædecessoris nostri] priuilegiũ exhibuit: quod prædictũ arbitrium multo videbatur tẽpore præcessisse: per quod tam monasterium quàm plebs & capellæ prædictæ, videbantur libertati donatæ: & infra. Aliorum quoque Romanorum põtificum dictus abbas priuilegijs vtebatur, post arbitrium promulgatum obtentis, qui libertatis priuilegia ‡ sibi concedere videbãtur: & infra. ¶ Quia prædictus abbas sufficienter ostendit, monasterium suum super institutionibus, destitutionibus, & ordinationibus plebani & clericorum baptismo, pœnitentia in leuioribus culpis, sepultura, decimarum perceptione, ac diuinis officijs celebrandis, tam in plebe, quàm in capellis prædictis, in excommunicando atque interdicendo, & etiam absoluendo, legitima præscriptione munitum ᵇ, abbatem ipsum ab impetitione tua, super iam dictis articulis, duximus absoluendum, silentiũ super illis tibi perpetuũ silentiũ imponendo: super alijs omnibus quæ ad ius episcopale spectare noscuntur, iuxta tenorẽ ᶜ arbitrij, eundem abbatem, quo ad plebẽ & capellas prædictas, sententialiter condemnantes.

¶ Idem.

¶ *Qui præscriptione completa priuilegium contrarium impetrat, & vtitur illo, præscriptioni renunciat. Si præscriptio non erat completa, malam fidẽ habet, & ideo non præscribit.*

CAP. XIX.

VEniens ª ad præsentiã nostram abbas sancti Martini de Pannoma: & infra. ¶ Petiit à nobis postmodum idem abbas, vt Vesprimẽn. episcopus non impediat ᵈ, vel faciat

† Cap. 8. mutat in compilat. Et videto hic præalios Guidonem Papæ.

‡ Salamazanæ.

ª Ab vtra quæ soluere parte appellabatur, supra de arbitr. ex parte.

‡ Hæc duo verba prædecessoris nostri. desunt in omnibus manuscriptis.

‡ priuilegium.

‡ T. de pace. c. 1. lib. 6. Ioan. And.

‡ Concor. l. Celsus. & ibi Bar. ff. de vsuc. & glo. Instit. eo. §. nouiss time.

ª Cap. sit de priuilegijs in 6. compilat. vade cũ simili ibi per eos citata.

ª Legit.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

a ¶ *Regi.*] Arg. q̃ reges possunt dare priuilegium decimarũ, & de rebus spiritualibus. 96. dist. Cõstantinus imperator. Sed contrarium verum est. 3. de decimis, vbi nos, & c. duduum

b ¶ *Pascualem.*] Super libellis istis non formatur sententia: sed super secunda parte libelli ipsius abbatis, in qua petit vt clerici ecclesiarũ monasterij libere possint recipere sacramenta, quæ enumerantur in ver. chrisma, &c. & ibi incipit formare sententiam. super aliis libellis nihil dicit in hac decretr. quia non pertinent ad hunc titulum. Bernardus.

c ¶ *Specialr.*] Sic argumentatur 100. dist. contra morem. sed hic abbas ostendebat libertatis priuilegium.

d ¶ *Et infra.*] Hæc non est nisi pars litæ: super isto, infra, de falsa ta fuit pars sententiæ. sup decimis penitis. vel sic: & infra, supple etiã q̃ episcopus petebat, q̃ abbas & clerici recipe rent ab eo, sicut à diœcesano ecclesiastica sacramenta, sed ad eliden dam intentionem suam abbas ostendit priuilegiũ Paschalis Papæ & Alexã. Papæ, in quibus continebatur, q̃ abbas reciperet ecclesiastica sacramẽta ab episcopo si esset catholicus, vel gratiam sedis Apostolicæ haberet, & ipse ea fine prauitate vellet cõferre. Item ostendit aliud priuilegium Clemẽtis Papæ. in quo indistincte fuerat monasterio indultũ, vt à quocumque possent ecclesiastica recipere sacramenta: quod non valuit, quia de prædictis priuilegijs Paschalis & Alexan. non faciebat aliquam mentionẽ: inluper præscriptionem legitimam allegauit, vnde Papa pronunciat vt sequitur. Sed quid de decimis penitis: quia in sententia de ipsis mentio non est facta? sed quomodo de ipsis pronunciatur, non habemus: sed fi abbas probauit de iure suo super ipsis obtinuit, alias sine cubuit: quia actore non probante reus absolvitur. supra de iureiuran. cap. primo.

e ¶ *Chrisma.*]hic incipit sententia.

f ¶ *Gratiam sedis Apostolicæ habuerit.*] idest, q̃ non sit excõmunicatus, suspensus, aut interdictus. c. quod sedem. 3. de offi. ordi.

g ¶ *Paschalis.*] Idem vi de iure communi, q̃ ab alio posset petere: esti illa clausula non esset apposita, quia propter malitiam, siue desidiam iudicis delegati, deuoluitur potestas ad eum, qui in causa illa iudex non est. 3. de offi. ord. figuratiuum. & 3. de foro comp. ex trãsmissa. & c. ex tenore. & 65. dist. si forte.

h ¶ *Clementis.*] Dato super prædictis articulis, vt illa sacramenta reciperent à quo vellent: quod non valuit.

i ¶ *Nullam.*]Sic patet expresse, q̃ secundũ priuilegiũ debet facere mentionẽ de primo, ad hoc vt reuocet illud. de hoc dictũ est plene 3. de pscrip. c. 1. Quidã tũ dicũt aliud esse in priuilegio quàm in rescripto, cũ priuilegiũ sit lex priuata. 3. dist. priuilegia. & vna lex nõ debet de alia facere mentionẽ. sed illud obtinet in legibus cõmunibus, quas princeps habet in scrinio pectoris sui. C. de testam. omnium. secus in legibus priuatis: quarũ non habet memoriam. supra de offic. deleg. ex parte. sicut nec habet memoriam rescriptorum.

k ¶ *Opponebat.*] super præmissis sacramentis recipiendis ab alio episcopo.

l ¶ *Renunciasse.*] Not. q̃ priuilegiũ & præscriptio contraria sunt, ex quo simul haberi non possunt: vt dixi. 3. eod. si diligenti. & cap. auditis. quia ingressus vnius, alterius operat egressum. simile 72. q. 1. cũ renunciatur. & 100. dist. cõtra morẽ. ff. de separa. l. 1. §. illud sciendum. ff. de minor. in casu. s. in prine. & ff. ad munic. l. 1. ff. de legat. 1. si qñ. C. de thesaur. l. vlt. lib. 10. sicut ecomerlo vtendo iure cõ renunciauit priuilegio. 3. de constitu. cum accessissent. de 3. de præb. pro illorũ. & 3. de simile. si de terra. & c. ad audientiam. & C. de iure do. imperando. l. 2. & ff. rem ra. hab. l. 3. § fallit procurator. Sed videtur q̃ iure communi & priuilegio possit quis simul vti. 3. de constitu. cum dilectus. nec renunciat quis iuri militari, licet vtatur iure communi. ff. de mi. testa. l. 3. & 3. dist. quamquam. in princ. & ff. de priuil. cre. l. antepe. bona iuri communi & constitutioni aliquis renunciare. 95. dist. olim. & 3. de cens. supra. Posset dici quòd hic recessum fuit à iure communi, scilicet præscriptione: quia impetrauit abbas priuilegiũ donationis. & ex diuersis causis nõ pot habere dominium. 2. de fid. instrum. inter dilectos. & ff. de acquir. possess. l. 3. §. ex pluribus. sed fi ipse impetrasset priuilegiũ confirmationis, illud non obstaret: quia confirmat ius quo vtebat, scilicet præscriptione.

m ¶ *Intentionis.*]Dicebat abbas, quòd licebat clericis ecclesiarum suarum recipere sacramenta ab episcopo à quo vellẽt iure præscriptionis, & priuilegium Alexandri dicebat, quòd primo à diœcesano suo

n ¶ *Contradicit.*] simile 3. de concess. præben. ex tenore. & 3. de fi. de instrumen. imputari.

Vsum omne.] Possessor malæ fidei nullo tempore præscribit. ita communiter summatur: sed per hoc summarium nihil induceret de nouo ille tex. cũ esset prouisum. 3. eo. vigilanti. Diuidit in quatuor partes. In prima ponit constitutionis caulam. In secunda constitutionem: ibi, *Synodali.* In tertia infert ex causa: ibi, *Cum generaliter.* In quarta concludit. ibi, *Vnde.* Abbas.

Cauere. Quicumque facit contra conscientiam, ædificat ad gehennam. & ideo statuit concilij, q̃ nulla valeat præscriptio abiq; bona fide, tam canonica quàm ciuilis: quia omni constitutioni & consuetudini derogandum est, quæ sine mortali peccato seruari nõ potest. & ideo oportet, vt qui rem alterius præscribit, in nulla parte præscriptionis habeat malã fidẽ. Nota, q̃ qui facit contra conscientiã, peccat mortaliter. Item præscriptio sine bona fide non valet. Item per hanc constitutionem derogatur omni cõstitutioni iuris ciuilis & canonici, quæ sine mortali peccato seruari nõ potest. Item in præscriptione exigitur bona fides continua.

o ¶ *Ex fide.*]idest, ex cõscientia. sic exponitur de pœ. dist. 3. ad fi. §. illud.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

illud. quasi ad medium. & ſ. de reſti. ſpo. litteras. 28. q. 1. §. ex his.

¶ *Gloſſa ſequens ſignat contrarium & remittit. quære, arg. pro & contra & ſolut. Iterum quæritur, & remittit.*

a ¶ *Bona fide.*] Arg. contra. ſ. de iure patr. cura. Quando quis dicat habere bonam fidem, dictum eſt ſ. eo. ſi diligenti. in notula, illud generaliter. & quilibet præſumitur habere bonam fidem. Sed quid ſi aduerſarius etiã vellet probare ipſum nullo titulo poſſediſſe, ſed potius per violentiam: & ſic mala fide incœpit poſſidere? videt q debeat auditi ex quo vult probare originem præſcriptionis vitioſam. C. de pigno. Authen. ne creditores. & C. de præſcrip. lon. temp. in Authen. malæ fidei. C. de diſtract. pig. & qui ſub imagine. & 16. q. 3. ſi lacerdotes. & c. ſeq. & C. licet. & c. 1. in fin. & 93. diſt. illud. C. de præſcr. xxx. ann. fin. & emptionis. 9. ſed hęc argumenta. ſ. eod. ad aures. quia vt ibi dicitur, quadragenalis præſcriptio omnem tollit actionem. & C. de præſcript. xxx. ann. l. pen. & vlt. Ad hoc poteſt dici, quòd bene debet audiri qui vult probare malam fidem ab initio habuiſſe: quia poſſet præſcribere non potuit. ſ. cap. proxim. in fin. & c. vigilanti. & ca. ſi dili genti. & hic. Sed numquid hic tenetur docere de titulo, cum hic tantum dicatur de fide? De hoc dictum eſt ſ. eo. ſi diligenti. in notula, ex hoc videtur.

¶ *Gloſſa ſequens po. opt. Io. cui oppo. demum approbat illam, & dat ſimile. Et. recti. per queſt.*

b ¶ *Quam ciuilis.*] Ex eo quod dicit, tam canonica quàm ciuilis, videtur quòd Papa voluit præiudicare præſcriptioni laicorũ, quæ præſcriptio locum habet vbi etiam habẽt malam fidem in præſcriptione xxx. vel xl. annorum ſ. eo. vigilanti. & 16. q. 3. c. placuit. ſ. poſteſt. & 9. q. ſi mala. Dicebat Io. q ratione peccati ſtatuit hoc Papa de præſcriptionib⁹ laicorũ: quia omnis cauſa ratione peccati ſaltem indirectè pertinet ad eccleſiã. ſ. de iud. nouit. & ſecundũ hoc omnia ciuilia iura quæ tractant de præſcriptione xxx. vel xl. anno. m malæ fidei poſſeſſoribus non tenent hodie. Sed hoc non credo, q per iſtam conſtitutionem Papa voluerit præiudicare legibus. Sed quo ad tus diuinum verũ eſt illud, q ſine peccato mortali laicus malæ fidei præſcribens talem rem retinere non poteſt. 14. q. 6. c. 1. Et littera iſta ſic intelligitur tam canonica, ideſt tam de re ſpirituali quàm ciuili. Et hoc vult dicere, ille qui præſcribit, bonam fidem habere debet, ſiue res quam præſcribit ſpiritualis ſit, vel ciuilis ſecundũ iura canonica, & ſic nihil ſtatuit contra leges. Vel dicas ſecundum q dixit Io. q lex aliud cõſiderauit quàm canon: lex enim conſiderauit negligentiã non petentis rem ſuã. ſ. eod. vigilanti. ſed canon conſiderauit peccatũ præſcribentis mala fide, qđ non excuſat negligentiam non petentis rem ſuam. & ideo dicit hic, q nulla valet Præſcriptio ſiue canonica, vel ciuilis, quæ ſine peccato mortali conſeruari non poteſt: vnde potius ſtandum eſt canoni, quam legi in hoc caſu: quia præſcribẽs non excuſatur a peccato per rationem legis: & ideo canon voluit propter periculum animarum in hoc leges corrigere, licet non ſeruetur in iudicio ſeculari: ſicut dicitur de legibus permittentibus vſuras, quæ hodie non tenent: vt no. j. de vſur. quia in omnibus. Et conſtituto iſta tantũ reſpicit ſuturа, cũ de præteritis nihil dicat. & de conſtit. c. vlt. vbi de hoc.

Sed. qd dices vbi eccleſia habet veraẽque iuriſdictionẽ: numquid iudicabit ſuper laicos ſecundũ canones de huiuſmodi præſcriptione? Videtur q ſic auctoritate illius conſtitutionis: & quia non debet impugnare quod ſtatuit obſeruandum, & quod alias prohibet. j. de nat. ex lib. ven. c. vni. Et qđ exigit in aliis, multo fortius in ſe exigere debet. ff. de nego. geſt. ſi pupilli. §. fi. & ff. de admi. tu. quotiens. §. item ſi temporali.

¶ *Glo. ſeq. format quatuor quæſtio. quas ſoluit, & in vltima remittit.*

c ¶ *Nulla temporis.*] Scilicet ipſius præſcriptionis. Si enim poſt cõpletam præſcriptionẽ ſciat rem alienã, non dicitur ideo mala fide poſſidere. de hoc dicitur ſ. eo. vigilanti. Sed quid ſi tẽpore præſcriptionis habuerit conſcientiã læſam, poſtea incipiat habere nõ læſam: numquid pp hoc eſt interrupta præſcriptio? non vt, quia erronea fuit, vnde eã deponere debet. j. de ſimo. per tuas. & 11. q. 3. cui eſt illata. item quid ſi dubitat an res ſit ſua, & habet iuſtã cauſam dubitationis? adhuc dicitur bonæ fidei poſſeſſor, & vtitur ſtu

bona[a] fide præſcriptio, tam canonica quàm ciuilis[b]: Cum generaliter ſit omni conſtitutioni atque conſuetudini derogandũ, quæ abiq; mortali peccato non poteſt obſeruari. Vnde oportet, vt qui præſcribit, in nulla temporis[c] parte rei habeat conſcientiam alienæ.

TITVLVS XXVII.

De ſententia & re iudicata.

¶ Gregorius [d].

¶ *Sententia lata contra leges vel canones non tenet, nec ab ea opus eſt appellare. Panor.*

a Lib. 2. Epiſtola. 6 cap. 41. refertur ibi. Gregorij.

b Canones. vt. 3. d. 2. ciuili. not. C. de præſcri. long. temp.

¶ *Gloſſa ſequens po. opt. Io. cui oppo. demum approbat illam, & dat ſimile. Et. recti. per queſt.*

a De materia hujus gloſſæ, vide plene p Do. Soto. lib. 4. de iuſtitia & iure q. 5. art. 4.

b Que ſunt ab hoc loco vſque in finẽ gloſſæ, deſiderantur in aliquot exemplaribus, ſed ea habet codex Barbacic. & alij, & Bernardi eſſe creditum. vnde cum ſenſus verbis, quæ oſtenſio determinat.

CAP. I.

Entẽtia[a] contra leges[b] canonesve prolata, licet non ſit appellatione ſuſpenſa, nõ poteſt tamen ſubſiſtere ipſo iure.

¶ Idem [c].

¶ *Lites debent celeriter terminari.*

CAP. II.

IVrgantiũ controuerſias, celeri[a] ſententia terminare, & æquitati conuenit, & rigori.

DE SENTENTIA ET REIVDICATA.

¶ *Hęc rubr. duobus modis ſecundum Ioan. And. poſt Gof. continuatur ad precedentia. Primo ſic: Viſo quomodo res acquirantur per præſcriptionẽ, videndum eſt quomodo aliter acquirantur ciuiliter, ſcilicet per ſententias iudicum. Vel ſecundo ſic: Expedito tractatu proceſſus iudiciorum, ad ſententias que finem imponunt iitibus, veniamus. Quia vero ſecundum Ioan. And. lata ſententia ſi non appellatur ab ipſa, ſumit nomen rei iudicatæ, ideo & de re iudicata ſummitit. dicit tamen quod large poteſt dici res iudicata, licet poſit appellari. A.*

De hac materia habetur 35. q. 11. & 5. q. 4. & 3. q. 9. per totum. & 11. q. 3. 9. & hic in quam. vſque ad §. hoc & ſi. vt dictum eſt. & 30. q. vlt. §. iuſtus. vſque in fi.

a *Ententia.*] Non valet ſententia, quæ contra ius eſt lata expreſſo errore in ſententia. ita ſummat doc. Ant. quia Io. And. non ſummat propter breuitatẽ. hoc ſummarium eſt in le verũ, ſed non congruit litteræ, in qua nulla fit mentio de expreſſione erroris in ſententia. Abbas.

CASVS. Dicitur in capitulo iſto, q ſnia lata ſ le ges vel canones, nulla eſt ipſo iure, licet nõ fit ſuſpenſa per appellationẽ. No. q ſnia contra ius lata nulla eſt, licet nõ appellet ab ea.

d ¶ *Sententia.*] Decr. ita loquitur de materia illa. 16. q. 1. ſtatuer noſter. & ex illa littera poteſt colligi caſus huius decreti.

¶ *Gl. ſeq. ponit duo exempla, & dictum, cui ſignat contrarium, & ſoluit.*

e ¶ *Contra leges.*] quæ dicunt q ſnia à non ſuo iudice lata, non tenet. C. ſi à non compe. iu. l. 1. & 2. & vlt. & 2. q. 1. in primis. ver. 60 de perſona. 11. q. 1. c. pe. & ſ. de iudi. at ſi clerici. & 16. q. 1. frater noſter. vt hic patet. Item ſnia lata contra leges, ideſt ius conſtitutionis, ita q hoc in ſnia exprimatur, nulla eſt ipſo iure ſ, & citra appellationẽ reſcinditur: vt hic patet. & j. eo. cũ inter vos. in fi. & j. eo. inter cæteras. & 2. q. 6. c. ei qui. ſ. diffinitiua. ver. ité ſi ſnia contra ius ſcripsum. & ff. de ap. ſi expreſſum. Ité ſi calculi error in ſnia fit expreſſus: ſnia non tenet. ff. quæ ſen. fine ap. reſ. l. 1. & 2. & de ſen. ex. com. per tuas. nec efficitur aliqua per appellationẽ, vt in l. pẽdẽte, ſi expreſſum. Ar. contra q efficiat aliqua per appellationẽ. ff. rem rata. l. 3. 9. falſus. & ff. de iudic. licet [f]. ſed non eſt ita. ibi enim ſnia lata eſt in perſona falſi ꝓcuratoris, vnde ab initio tenet ſnia quando conſtet de falſo ꝓcuratore: & ſi dñs recurrat ad cõe auxilium appellationis, intelligit approbare factum falſi ꝓcuratoris, & ideo per appellationem efficitur aliqua, quę per exceptionẽ poterat irritari. tecus vbi ab initio nulla eſt, vbi eſt defectus in iuriſdictione, ibi per appellationem nõ firmatur, vt hic, & in cõcor. ibi poſtris. Sed in §. falſus. & in l. licet verũ. nõ fuit defectus in iuriſdictione.

Virgantium,] CASVS. Dicitur in capitulo iſto q controuerſiæ litigantium celeri debent ſententia terminari. Nota quòd lites prorogari non debent.

¶ *Gl. ſeq. allegat. 4. concor. ſignat vnum contra. & ſoluit, & determinat.*

f ¶ *Celeri.*] Simile 2. q. 1. ſicut. & C. de iudi. q per tandiũ in prin. & C. de dolo & qui fine. & C. de ſententiis. Ar. cõtra. 11. q. 3. cũ apud. Illud intelligit qñ ſnia lata eſt ad mortem: & ibi differtur executio

ex cauſa.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

ex causa, vt ibi dicitur. nec tñ cũnimia festinatione ferẽda est sñia, antequam iudex possit esse instructus. ff. de in integ. restit. tum ex literis. quia ipsum oportet cuncta rimari. 30. q. vlt. c. vlt. aliter enim ad veritatem peruenire non posset. 23. q. vlt. occidit. sed moratoria cũctatione causã examinabit. ff. de admi. & peric. tut. tutor q. 9. 1.

Non potest.] Dicitur hic q̃ sententia episcopum nõ potest clericum deponere, nisi cõcors & iusta fuerit. No. q̃ iudices in sententijs ferendis cõcordes esse debent.

¶ *Glossa sequens queritur, arg. & soluit.*

2 ¶ *Sacerdotum.*] idest, eporum triũ in causa 1 diaconi, i causa presbyteri sex ad minus. 15. q. 7. si autem. & c. fœlix. Sed nũquid debẽt omnes concordare ad hoc, vt teneat sñia? Videtur q̃ sic ex eo, q̃d dicit, cõcors. ff. de trãsl. inter corporalia. sed sufficit q̃ maior pars cõcordet in vnã sñam, & fatis dicitur tunc concors: quia quod maior facit pars, valet. ff. ad mu. quod maior. 63. dist. cap. 1. 2. & 3. Sed in causa episcopi nõ tenet sententia nisi omnes concordauerint iudices, quib̃ causa per Papam committitur. 6. q. 4. si quis episcopus criminaliter. & cap. 1. & est speciale in causa episcopi. aliud speciale vbi non tenet sententia plurium. not. ff. de restrip. pastoralis. in prin.

3 Posit con est Lateran. sub Alex. iij. fac. 49 cap. 1. & cap. 7. nota. 1. & 1. quæstione. adde cap. 40. tit. de appellat. in 1. copilat. Et vide Rom. consil. 51.

3 Consule tamen epistolã, à me citatam, vt intelligas q̃d fuerit.

¶ Scilicet Gregorius lib. 1. cap. 2. epist. 8. regestri. & cap. 4. nouitia. 1. collatione.

¶ Leo primus epistola 84. cuius initiũ est cum in ordinationibus & cap. 6. dist. tit. in 1. copil.

2 Vide ecclesiã Trident. sessio. 24. de reformatione c. 4. & late p. Alberum in Compendiam. de legat. lib. 6.

Idem †.

¶ *Sacerdos sine iusta causa non est deponendus.*

CAP. III.

NOn potest quemquam à sacerdotali gradu (nisi iustis ex causis) concors sacerdotum [a] sententia submouere.

¶ Leo Papa †.

¶ *Iuste quis potest sententiam à Papa confirmari, si iuste & rationabiliter fuit lata.*

CAP. IIII.

EA, quæ iuxta ecclesiasticũ morem [b] iuste & rationabiliter fuerint diffinita, nostra quoque sententia roborẽtur.

¶ Alex. iij. Eboracẽsi. archiepiscopo.

¶ *Iudex deputatus super executione sententiæ, admittit exceptionem fraudis, seu nullitatis sententiæ, non ad effectum vt super ea pronuncíet, sed vt negotium ad superiorem qui iudicauit, transmittat, si illam probabilem reperit. h. d. notabiliter.*

CAP. V.

DE † cætero noueris, quòd si sententiam à nobis lata præcipimus per aliquem executionem mandari, & fraus [d] interuenerit, non est facultas executori de toto negotio cognoscẽdi: sed deferri quæstiones quæ inciderint, ad eúdem Apostolicam oportebit.

¶ Idem Norwicẽsi. episcopo.

¶ *Non sufficit reo damnato ad traditionem possessionis, tradere pignus pro ipsa possessione.*

CAP. VI.

CVm [a] aliquibus est adiudicata possessio, non sufficit eis dari pignora [b], nisi corporali possessione lætentur.

¶ Idem eidem, & V. archidiacono.

¶ *Sententia lata contra matrimonium numquam transit in rem iudicatam: vnde quandocunque reuocatur eius constat de errore.*

CAP. VII.

LAtor † præsentium sua nobis insinuatione [a] monstrauit, quod cum quandam mulierem legitime desponsasset, & carnalis esset copula subsecuta, inter eos scandalum est subortum, cuius occasione debitũ ei subtraxit: consanguinei vero mulieris, hoc molestum habentes, quæstionem mouerũt: tentiam per fraudem, puta per falsos testes, vel per falsa instrumenta. si hæc obijciantur coram executore, vt executio differatur, non est ei facultas de hoc cognoscendi, vt hic dicit: quia sic assumeret partes iudicis, quod esse nõ debet. C. de execu. rei iudic. & vt supponitur. nec sinam debet mandare executionem, sed hæc referre debet superiori: vt hic dicitur, & j. de cri. fal. super eo. Arg. contra hoc habes, q̃ ille executor posset de hmõi cognoscere. 25. q. 2. & si non cognitio. Sol. hoc cap. de mero executore intelligi, qui nullã habet cognitionẽ annexam nisi solam executionẽ. sic intelligitur j. de fal. super eo. Lex dicta intelligitur de illo executore, q̃ habet cognitionem. De hac materia plene tractatur j. de offi. delega. pastoralis. § 42 vers.

† Cap. 8. eod. tit. in 1. cõpilat. Et post von tit. Lateranẽsis Alexan. iij. par. 36. cap. 2. Et vide spectabilem Guidã papæ in quæstione. 84. quæ incipit Ecclesia Lateranẽsis. incipit. & dic vt ibi. Et quæstione remittitur ad istam. q̃ nõ tantum in rem iudicatã tradit Archidiaconus Bottrius in Clementinam. 1. titu. de testib. idem Antonius de Butrio in Clementinam. 1. de rescript. idem Antonius de Butrio in Clementinam. 1. de sententia. & Innocentius in Clementinam. 1. de sententia. cod. tit.

Cum aliquibus.] Hoc cap. potest intelligi duob̃ modis. Primo q̃ loquat in pignore prætorio, puta q̃ prætor vel iudex propter contumaciam rei ponit verbotenus actorem in possessionem rei petitæ, in actione reali, vel aliorũ bonorum ipsius rei in actione personali. Et intellectus litteræ est, q̃ ad caũsandum pignus prætorium, ad hoc vt missus possideat, non sufficit iussus iudicis, sed requirit vt actualiter mittat in possessionem. Et secundũ hunc intellectũ. h. d. in summa. Nõ sufficit ad prætorũ pignus, vt verbaliter det, nisi actualiter fiat missio. Secundo põt intelligi cum possessio aliqua vel proprietas alicuius rei, seu res aliqua adiudicatur actori ture dominij, & reus pro executione vult dare aliquod pignus, & non ipsam rem ipsam in præsenti: hoc casu non sufficit. & secundum hunc intellectum hoc intendit. Non impediret reus sententiam adiudicationis possessionis si sit paratus dare pignora. Et non diuiditur. Abbas Siculus.

Cæter.] Dicitur hic quòd cum alicui adiudicata est possessio, nõ sufficit quòd aduersarius det pignus, sed mittendus est in possessionem, & gaudere debet plena & pacifica possessione. Nota quòd cum alicui adiudicatur possessio, nõ pignora, sed possessionem debet habere.

Pignora.] Sic ff. de consti. pecu. promissor. 9. constitutio. & ff. de pig. act. non est. vbi dicitur, pignus 3 non aliter constituitur nisi ventum fuerit in possessionem. simile ff. de acquir. posses. possideri. in prin. & hoc ideo, ne lites ex iiubus oriantur. ff. de re iudi. l. 4. in 6. ait prætor.

Iator.] Diuiditur, quia in prima ponitur facti narratio. in secunda iudicis dationibi, *Nolentes igitur.* Abbas.

Cæter. Quidã P. noie quandã duxit in vxorem carnali copula subsecuta: tandẽ scandalũ inter eos est exortũ consanguinei mulieris mouerũt q̃nem cõtra virũ, q̃ illa eius nõ poterat esse vxor: & sic studio vtriusque interueniente fuerunt separati minus iuste. Vir prædictus ad cõscientiã rediens, accessit ad dñm Papã, exponens sibi prædicta: vnde mandat iudicibus, quatenus si constiterit eos non fuisse legitime separatos, & ecclesia decepta fuisse, ipsos faciant insimul permanere. Nota, q̃ hic auditur turpitudinẽ suam allegans, sed hoc est propter periculum animæ. Item sententia contra matrimonium lata non transit in rem iudicatam.

¶ *Gl. seq. recitetur per obiectionem & solutionem.*

¶ ¶ *Insinuatione.*] Modo collige ex hoc loco, q̃ in causis in quibus vertitur periculum animæ, potest quis venire cõtra factum suum, vt reuocetur sñia quã ferri procurauit. & si cõstiterit ecclesiã fuisse decepta, reuocabitur sñia. j. eo. cõsanguinei. & 8. de restitb. sicut. & 33. q. 5. c. loci. 8. his ita. in fi. aliàs turpitudinẽ suã allegãs nõ auditur. j. de dona. inter dilectos. & j. de concess. præb. cum super.

Ec 4 a ¶ Reuo-

1 Concor. tit. in 1 post mittit. cum in nota. E. de dãp.

2 Protestãs, quòd in ordinationibus vti eo. tit. 1. vtis enim notatur differentia inter primam præsentã & ordinationẽ. & hic p. Vin. Foan. And. adde Panitan. de Cafris. & Alexand. q. insolenti. 1. ff. de pœnis. sol.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

a ¶ *Renitentem.*] Hæc violentia transiuit postmodum in cõsensum per carnalem copulam subsecutam. j. de sponsa. ad id.
b ¶ *Aetatis.*] Et hoc cõdicit ei quod præmisit de carnali copula, & sic fuit allegatio, & ex alia causa fuit matrimonium separatum.
¶ *Glossa seq. distinguit, aut fertur sententia contra matrimonium, aut pro matrimonio, & tunc aut subest impedimentum, aut non.*

c ¶ *Permanere.*] Non obstãte snia prius lata: quia contra matrimoniũ non currit præscriptio. 33. q. 5. quod Deo. etiam si ab illa snia non fuit appellatum: quia snia lata contra matrimonium non transit in rem iudicatã, quin reuocetur snia qñcumque error sententiæ detectus fuerit, vt hic patet. & j. de frigi. & malefi. fraternitatis. 35. q. 9. graue. & ca. loci. §. his ita. Sic nullo tractu tẽporis matrimoniũ cõfirmatur in gradu prohibito cõtractum. j. de cõsangui. non debet. Et quod dici consueuit, sententia contra matrimoniũ nõ transit in rem iudicata, verũ est, vbi bene coniuncti indebite separantur, quia quos Deus cõiunxit, homo separare non potest: & ideo quãdocumque contrarium legitime constiterit, sententia retractabitur: idẽ est cum in gradu prohibito aliqui sunt coniuncti, vel aliquo alio perpetuo impedimento: quia nullum est ibi matrimoniũ, vnde nullus consensus potest matrimoniũ inducere inter eos. Sed vbi sententia fertur pro matrimonio, vbi nullum subest impedimentũ, si ab ea non fuerit appellatum, transit in rẽ iudicatam: quia iudicatis acquieuisse videtur. j. eo. quod ad consultationem. vnde postea non audietur, immo compelletur alter alteri adhærere.

¶ eod.

Cap. 10. eod. tit. in 1. compil.

proponentes, quòd mulierem inuitam & renitentem [a], nec ætatis [b] aptæ matrimonio existentẽ, duxisset vxorem: & quoniam idem vitã cupiebat agere dissolutam: demum vtriusque studio interueniente, fuerunt minus rationabiliter separati. ¶ Nolẽtes igitur matrimonia canonice contracta, leuitate quadam dissolui: Mãdamus, quatenus si vobis cõstiterit eos per iudicium ecclesiæ non fuisse legitime separatos, ecclesiamque deceptam, ipsos † faciatis sicut virum & vxorẽ insimul permanere [c].

¶ Idem T. & clericis Sanctæ Anastasiæ Veroñ.

¶ *Retractatur sententia prætextu iniquæ consuetudinis lata contra ecclesiã.*

CAP. VIII.

CVm † causa quæ vertitur inter vos, & G. & A. laicos, super domo quadam eis ab archipresbytero vestro vendita, ad examen I. Apostolicæ sedis legati delata fuisset, post appellationem ad nos interpositam, & receptas inducias, quoniam infra terminum tibi fili T. ad eam prosequẽdam præfixum, iter non arripueras [d], contra te sententiam proferens, memoratis G. & A. prætaxatam domum secundum Veroneñ. ciuitatis consuetudinem adiudicare curauit. Deinde cum causa fuisset ad nos per appellationem delata, Brixieñ. episcopus delegatus à nobis, sententiam contra vos (spreta forma cononum) secundum eandem consuetudinem sicut præfatus legatus fecerat, promulgauit [e]. ¶ Nos autem considerantes, quòd licet vsus vel consuetudinis [f] non minima sit auctoritas, numquam tamen veritati, aut legi præiudicat [g], præscriptam sententiam reuocauimus: & vos ab impetitione absoluentes illorum †, vobis & ecclesiæ vestræ domum adiudicauimus supradictam †.

¶ Idem Eboraceñ. archiepiscopo.

¶ *Sententia iniqua retractatur per superiorem, licet causa fuerit appellatione remota commissa. Si autem continet manifestam iniquitatem, est nulla. hoc dicit intelligendo, quòd ponat duos casus.*

CAP. IX.

INter † cæteras: & infra. ¶ Itẽ cũ aliqua causa appellatione remota committitur, & sententia fertur iniqua, eam euacuari [h] oportet: nec ei debet stari, si iniquitatem contineat manifestam [i].

¶ Clemens tertius.

¶ *Sententia lata contra absentem non contumacem in causa matrimoniali nõ valet. h. d. intelligendo, quòd hæc mulier non fuit contumax. Panor.*

CAP. X.

TEnor † litterarũ tuarũ ostendit, quod cum inter R. & M. mulierem quæstio matri-

citatus peremptorie non venisset. j. de appellatio. sæpe contingit. quia perinde est, ac si non appellasset. j. de appellat. cum sit Romana. vnde in hoc non peccauit iudex. Ber.
e ¶ *Promulgauit.*] Ecce hic obtinuit consuetudo bis in contradictorio iudicio: ergo debuit valere. ff. de leg. cum de consuetudine. & j. de verb. signi. abbate. Sol. hæc cõsuetudo fuit cõtraria iuri, & mala in præiudiciũ ecclesiæ, & ideo non fuit seruanda: vnde ad vltimum cassatur sentẽtia; alias si bona fuisset consuetudo, seruaretur. s. de eo, qui mit. in pos. cũ venissent. Forte talis erat consuetudo illa [1], q si quis emit à prælato ecclesiæ solo, tenet venditio, licet non probet pretium in vtilitatẽ ecclesiæ versum esse contra illud 10. q. 2. hoc ius porrectum. 12. q. 2. sine exceptione.
f ¶ *Consuetudinis.*] Sic 11. dist. consuetudinis. & s. de cõsue. c. vltim. vbi exponitur hæc auctoritas.
g ¶ *Præiudicat.*] Verũ est, q consuetudo non præiudicat legi nisi sit rationabilis & legitime sit præscripta: nam tũc bene præiudicat legi. s. de consue. cap. vlt. vbi plene de hac materia dicitur. & hæc consuetudo non fuit rationabilis, nec pscripta. Ber.
INter cæteras.] Potest intelligi vario modo, & per consequens vario modo summari. dñs An. summat sic. Sentẽtia continens in se manifestam iniquitatẽ retractatur non obstante, q causa fuerit appellatione remota cõmissa. Hæc summatio est vera in se secundum vnum modũ intelligendi. Sed secundum vnum alium intellectum notabiliorẽ summatur sic: Nulla est sententia continens manifestam iniquitatem. Abbas.

1 Secundũ Tan. q. cõ dixit talem cõsuetudinem esse in multis ciuita. Lõbar. indistĩcte pro statuta. & forte sit q. de for. cõ. 1. lib. quod hic no. Eg.

† tantum.

† sæpedictam.

† Cap. 17. tit. de appellat. in 1. cõpilatione. Et vide in tit. C. de appellatio. quæ videtur contraria adde glossam & doctores ibidem.

† Cap. 5. eo. tit. in 2. cõpilatione.

CVm causa.] Prima pars ponit factum. Secunda diffinit: ibi, *Nos autem.* Abb. Siculus.
CASVS. Archipresbyter cuiusdam plebis vendidit quandã domũ sine consensu capituli G. & A. laicis, qui occasione huiusmodi venditionis corã legato Apostolicæ sedis petierũt domũ illam sibi adiudicari: Quidam canonicus illius plebis T. nomine, apparuit pro capitulo ad defensionem domus, dum causa illa tractaretur, ille T. appellauit ad sedem Apostolicam: legatus statuit terminũ appellanti ad iter arripiendum ad Apostolicam sedẽ: sed quia ille infra terminum sibi præfixum iter non arripuit, prædictus legatus tulit sententiam contra dictum T. adiudicans domũ illam laicis prædictis, secundum consuetudinem Veroñ. ciuitatis: a qua snia fuit appellatum: & appellationis causa commissa fuit epo Brixieñ. qui legati errorem secutus, contra formam canonũ legati sniam confirmauit, & iterũ fuit appellatũ: Papa diligenter examinato negotio, licet vsus vel cõsuetudinis non minima sit auctoritas, numquam tñ legi, aut veritati præiudicat: & ideo Papa prædictam sniam cassauit, plebem prædictã absoluens ab impetitione illorũ laicorum, & domum illam eidem ecclesiæ adiudicans. Not. q si quis infra terminum sibi statutum appellationem non prosequitur: iudex post terminum in causa procedere debet. Item sententia lata contra canonum formam non valet. Item cõsuetudo, licet magnę sit auctoritatis, non tamen legibus aut canonibus præiudicat.
d ¶ *Arripueras.*] Ex quo aliquis non prosequitur appellationẽ infra terminum sibi præfixum, ex tunc iudex procedere potest, tamquã

CASVS. Aliqua causa cõmissa est appellatione remota: iudex tulit sniam iniquam contra ius scriptum, vel exprimendo errorem in snia: talis snia non tenet, cum iniquitatem contineat manifestam. Nota sententiam contra ius scriptum latam, nullam esse.
h ¶ *Euacuari.*] Cum sentẽtia tenuerit, & appellatum fuerit ab ea. vel euacuetur de facto, cum est nulla. sim. j. de rebus ec. non alie. si quis Presbyterorum.
i ¶ *Manifestam.*] Puta quia lata est contra ius scriptum, [4] scilicet cõtra leges vel canones. s. eod. cap. 1. ita q in ipsa snia continebatur error. 2. q. 6. c. ei qui. §. diffinitiua. versi. item si snia contra ius scriptum. & j. de confir. examinata. & j. de sent. excom. per tuas. & hic in fi. & ita ipso iure nulla est talis sentẽtia: vt s. eo. ca. 1. vbi de hoc. Aliud est cũ lata est cõtra ius litigatoris: quia tunc trãsit in rem iudicatã, nisi fuerit appellatum. j. eo. cũ inter vos. Et si per iniuriã iudicis damnatus fuit, poterit agere contra iudicem, qui fecit litem suam ad interesse. ff. de iudi. filiusfamilias. & ff. de euict. si per imprudentiam [5]. & j. de emptio. & vend. c. vlt. & infamis efficitur. C. de pœna iudicis, qui male iudi. l. 2. Ber.
TEnor.] Istud cap. potest intelligi, q snia hic lata cõtra mulierẽ tenuit: quia contumaciter absuit, & tunc idem in effectu dicit quod c. lator. s. eo. ideo summa vt ibi. Cõmunis diuisio. Secunda: ibi, *Ideoque.* Abb. Siculus.
CASVS. Inter R. & M. mulierem quæstio matrimonij vertebatur, quæ commissa fuit episcopo Theatino: Iudex absente muliere dictum R. ab impetitione ipsius absoluit: mulier hoc audito

4 Vide in d. summa leg. in glo. pe. & vlt.

5 Adde poena. j. eo. cũ eterni lib. 6. Ioan. And.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

dito causam impetrauit committi iudici præsenti, vt de causa illa cognosceret, & fine canonico terminaret: Iudex vocauit dictum R. ille infirmitate præsenta non venit, sed nocte sequenti cum alia contrayit, propter quod iudex ipsum excōicauit. Ille postmodū cōparuit, & fuit absolutus, ostendens sententiam prædicti episcopi qualiter à muliere præ-
dicta fuerat absolutus: nihilominus mulier obferebat testes per quos probare volebat, q dictus R. eam despōniaue rat: iudex dubitauit qd facere debeat? Consultus Papa rndet, q non obstante illicita absolutione, quam fecit epūs in causa procedat, præcipiens dicto R. sub pœna excōicationis, ne ad eā quam superduxerit, accedat, donec causa ista fuerit terminata.

Nor. quòd sententia lata ℨ absentem, nō cōtumacem, non tenet, & citra appellationē rescindit. Item sententia quæ nulla est, obstat agenti. Item argu. quòd alig̃s priuatur iure suo sine culpa sua.

a ¶ *Infirmitate.*] quod si verum fuisset, iusta erat excusatio. ℨ. de prouara. querelam. & 5. q. 3. si ægrotas. immo nec tunc res iudicata censetur. ff. de re iudi. quæstiū. 2. & 2. rubr. nec mandata ista est sententia executioi infirmitate prætenta. ff. de iudi. si prætor. in fine. b sed hoc falso allegabat, vt bene declarat sequentia.

b ¶ *Promulgasti.*] et me rito tanquam ℨ contumacem, cum ex facto sequenti appareat, q malitiose prætendebat infirmitatem, & ita senquens præsumptio elidit primam. ff. de in iure. rest. diuus.

¶ *Gio. seq. duplicitер exponit subarrationem.*

c ¶ *Subarrasset.*] i. fidem consensus de præsenti dedisset: talis si loqueretur de consensu de futuro, non mandaret Papa vtrum separari ab illa, cum qua postea contraxit per verba de præsenti: quia sic soluta erant priora sponsalia. ℨ. de spon. c. pen. & vlti. & ℨ. de ma. ℨ. contra. inten. ecc. c. 1. & 2. & est vulgare loci illius. sic 27. q. 2. si quis vxorem. Vel potest dici, q subarratio sit per immissionem annuli interueniente consensu tacite vel expresse: vt hic dicit. Et dic tacite, vt in muto; expresse, vt in loquente: & stabitur huic subarrationi, quamuis nihil dicat, quandiu ℨrium non probabitur; quia præsumitur pro matrimonio. arg. 27. distin. quod interrogasti. 30. q. 5. nostrates. & c. fœminæ. nihil enim interest an facto vel verbo quis declaret voluntatem suam. 43. dist. c. 1. & 41. dist. c. 1. & de pœni. dist. 1. in actione. & infra de pœn. & remiſ. omnis vtriusq. 9. vlum. & ff. de legi. de quibus. nisi probet se animo non contrahendi id fecisse. arg. 22. q. 2. quod ait. & ff. de actionibus & obligationibus. obligationum substantia.

d ¶ *Absolutione.*] facta ℨ mulierem absentem, vt superius patet. & ita sententia lata ℨ absentem non cōtumacem nulla est in quocunque negotio: quia ea non obstante citra aliquam appellationē cognoscitur de causa: & hoc probatur 3. q. 9. caueant. omnia absente reuera, absens & si citatus esset aliquis ad sententiam, & iusta de causa impeditus venire non posset, reuocatur sententia. ℨ. eo. cū Bertholdus, alias si fuisset contumax, non reuocatur. 24. q. 3. de illicita. ℨ. quæstio. 9. absens. ℨ. nisi. & in Auth. vt omnes obed. iudi. ℨ. si vero neque. coll. 2.

e *Glo. seq. obijcit & soluit.*

e ¶ *Accedat.*] Sed qualiter mulier illa secunda priuatur iure suo ante finem causæ, ℨ illud ℨ. vt lite pendente. laudabilem. & 3. q. 4. nonmonii verteretur: & Theatino episcopo commissa fuisset: idē eundem R. muliere absente, ab impetitione ipsius absoluit. Cæterum eadem mulier à nobis ad te litteras impetrauit, vt de causa cognosceres, & eam fine debito terminares: & infra. ¶ Dictus vero R. à te vocatus ad causam, infirmitate a prætenta † non affuit: sed quia nocte sequente aliam sibi copulare præsumpsit, in eum excommunicationis sententiam promulgasti b: a qua postmodum absolutus ad te veniens, ostendit litteras episcopi memorati, quibus eum ab inquietatione ipsius absolutum fuisse patebat. Quia igitur mulier suos testes offert ad probandum, quod idē R. eā de sponsationis annulo † publice subarrasset. c: tu quid super his agere debeas, postulas edoceri. † Ideoque inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd (non obstante illicita absolutione d, quam episcopus fecit) in causa procedas: eidem R. sub pœna excommunicationis arctius interdicens, ne ad eam quam superinduxit accedat e, priusquam fuerit causa decisa.

¶ Idem.

¶ Sententia diuortij in causa matrimoniali rite lata ad solam coniugis confessionem asserentis contrarium, non

ne? Sol. cum aliquis cum aliqua contraxit in facie ecclesiæ approbante ecclesia, si postea matrimonium accusetur, locum habet illa decre. laudabilem. & similia alia iura. sed cum aliquis contrahit li te pendente cum aliqua, vel contra prohibitionem ecclesiæ, tunc lo cum habet quod hic dicitur. & ℨ. de matr. cōtracto ℨ inter. eccle. c. 1. & vlt. quia cum res facta est litigiosa, non debet in aliam transferri personam. 12. q. 2. 1. q. res. C. de litig. l. vlti.

¶ Cap. 6. ex dic. in 2. comp. lasci. Et par. vitio hic Gaillemus Papa.

APPARTO. Sed quomodo dici potest litigiosa quæ finita erat per sententiam, à qua non fuerat appellatum, vt in princ. dicit Host. q hoc inducit citatio viri facta antequam feciundam deliberasset. & ideo dr iis pendere, & quasi litigiosa esse. de appel. suggestum. de offi. delega. licet. non obstante quæ hoc casu non transit in rem iudicatam, vt supra dictū est. facit cle. vt lit. pend. cum lite.

¶ Dicto, sed, dicit, in partibus an ipsa exemplaribus.

Onsanguinei.] Idem dicit quod decretator. ℨ. eod. u. Communis diuisio. secunda: ibi, *Fraternitatis*. Abb. CASUS. Quæsta mulier contraxit matrimonium cum quodam viro: Tandem consanguinei eiusdem mulieris accusauerunt matrimoniū, dicentes, q ipsa nō poterat esse eius vxor cū esset cōmater ipsius: quo probato sententia diuortij lata fuit: post sententiam latam mulier confessa est ep̄o loci, q in veritate ante sententiam eius commater non fuerat, sed post separationem, cōpaternitatem cum eo contraxit, & postmodum cum alio contraxit: quæritur fuit à Pa-

